quoruis inhibendi, et ad debitum Iuris Ordinem deducendi, eademq[ue] omnia ad Suos, Suorumq[ue] Successorum quosuis bene placitos Vsus fructus libere et effectualiter convertendi praefati Iuris Originalis ea latius in se complectentis praesentisque cessi et transfusi Vigore.

Sabbatho ante Festum Sancti Michaelis Archangeli proximo Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo nono

26/IX. Kleczynski RR. Patribus Carmelitis Premisliensibus Cedit.

0137 Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castren. Capitaneal. Premyslien. Gnosus Ludovicus Kleczynski Camerarius Terrestris Premysliensis sanus mente et corpore existens, a Terris Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusq[ue] suis quibusuis propriis et competentibus recedendo, Praesenti vero Castrensi Capitaneali Premyslien. Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet, cum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq[ue] subjiciendo, palam libere, publice ac per expressum recognovit. Quia ipse de omni et integro Iure suo infrascripto nimirum de Summa sexcentorum Viginti quatuor florenorum Polon. sibi Recognoscenti per Gnosos Ioannem Remigianum Subdapiferum Terrae Premyslien. Woiakowski, olim Gnosi Gasparis Woiakowski Iudicis Ter-

rae

et Premysliensi sitios membranali Inscriptione ad soluendum inscrita
et assecurata, Actisque praesentibus roborata, nec non de eadem ipsa mem-
branali Inscriptione eiusque roboratione in se de praemissis lationibus
cum omni praemissorum Iure, proprietate, competentiaque et praero-
gatiua quauis, omnibusque et singulis Inscriptionis praedictae
Membranalis et eius roborationis, Iurisque praesentis Cessi conditio-
nibus, punctis clausulis, articulis, Vadiis, ligamentis, ac ne-
xibus generaliter vniuersis summaeque memoratae septem-
tonem viginti quatuor florenorum polonorum vtilitatibus fructibus
commodis emolumentis obuentionibus attinentijsque et perti-
nentijs generaliter vniuersis nihil ex praemissis Iuris, proprieta-
tis, ac cuiusuis competentiae et praerogatiuae, pro se Recogno-
scentem suisque successoribus aut alio quopiam reseruando
seu excipiendo, verum prout omnia et singula, ipsummet
Recognoscentem concernebant, ac eidem legitime seruiebant
Iam ex nunc et de facto Religioso in Christo Patri Simeoni à
Sancto Francisco Priori Religiosorum Patrum Fratrum Carmelitarum
Discalceatorum Conuentus Premysliensis et eius succedaneis, totique
praefato Conuentui nunc et pro tempore existenti, idque pro necessi-
tatibus Confraternitatis Sancti Iosephi Sponsi Beatissimae Virginis
Mariae, in eorundem Religiosorum Patrum Ecclesia erectae, Cessit et
condescendit, prout Cedit et condescendit praesentibus, omneque et integrum Ius suum
sibi ad praemissa seruiens in personam eiusdem Religiosi in Christo Pa-
tris Prioris, et eius succedaneorum totaliter et plenarie transtulit transfu-
dit et incorporauit, prout transfert transfundit et incorporat
praesentibus per ipsum Religiosum in Christo Patrem Simeonem à
Sancto Francisco Priorem Religiosorum Patrum Fratrum Carmelitarum
Discalceatorum Conuentus Premysliensis Cessionarium suum et eius suc-
cedaneos, totumque praefatum Conuentum, nunc et pro tempore existentem
hoc idem Ius praesens Cessum, summamque suprascriptam praesentibus per se

Regestrandum

2322.

Regnem abscessam cum Vniversis ipsius Vtilitatibus et vsufructibus, Competentiisque et praerogatiua qualis tenendi habendi et possidendi, illisque quiete et pacifice Vtifruendi, summam praefatam sexcentorum Viginti Quatuor florenorum polonicalium per se Recognoscentem transfusam tollendi, levandi, et percipiendi, atque pro Necessitatibus Confraternitatis eiusdem sancti Josephi applicandi, de levata vero et percepta quietandi, pro eademque si non fuerit persoluta Iure agendi, processus quosuis Iudiciarios instituendi, ac inchoandi, et ad debitum Executionis finem perducendi, praemissaque omnia, tanquam sua propria ad suos, et suorum Succedaneorum quosuis beneplacitos Vsusfructus libere et effectiue convertendi, Vonis praefati Originalis ea omnia latius in se complectentis praesentisque cessi et transfusi Vigore.

Feria Secunda pridie Festi Sancti Michaelis Archangeli Anno Domini Millesimo Sex-

28 | centesimo Septuagesimo Primo.

Stryinski suo pro Interesse Illustribus et Magnificis Lubomirskim Coniugibus Roborat.

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneal(ibus)

737 Premisliensibus Generosus Hieronymus Stryinski, sanus mente et corpore, recedens a Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusque suis quibusuis propriis et competentibus recedendo. Praesenti vero Castrensi Capitaneali Premisliensi Iurisdictioni quoad Actum hunc attinet, se cum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus, totaliter et plenarie incorporando atque subiiciendo, palam libere, publice, ac per expressum

regno